HENRICI ERNSTII
Helmſtadienſis
VARIARVM OBSERVATIONVM LIBRI DVO.

Ad

CHRISTIANVM FRISIVM
Regis Daniæ Cancellarium.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

AMSTELODAMI,
Apud IOANNEM IANSSONIVM.
Anno cIↄ DC XXXVI.

Viro Illuſtri, Magnifico, ac Prudentiſſimo

CHRISTIANO FRISIO,

Domino in *Kragerup*, potentiſſimi Regis Danorum Cancellario, Regnique Daniæ Senatori, & equiti aurato, Domino & promotori ſuo plurimum obſervando,

S. P. D.

Q*Vibus cauſſis impulſus varias atque tumultuarias has ex adverſariis meis collectas obſervationes Tibi, vir* magne, *inſcribendas cenſuerim, exſtare in veſtibulo opuſculi volui, & meam in Te Heroëm de re litteraria optime meritum ob-*

LIBER PRIMUS OBSERVATIONUM.

CAP. I.

Notæ quædam & animadverſiones in Tabulam Cebetis Thebani, & quidem editionis Caſelianæ, quæ prodiit primum ex Bibliotheca Geverhardi Elmenhorstii.

IOannes *Caſelius* Orator & philoſophus minime vulgaris, denique vir prorſus elegans & moderatiſſimus antiquiſſimi Scriptoris *Cebetis Thebani* tabulam, quam vocant, è Græco Latinam fecit, elegantiſſimiſque notis illuſtravit; quam poſt obitum ejus *Geverhardus Elmenhorſtius* typis exſcribendam dedit. Boni viri cona-

& quem recentem ab officina diceres Anno à ſalute humana cIↃ IↃ cxxii. die xxii. Martii in Archiepiſcopatus Magdeburgenſis præfectura Wanſlebiana unà cum grandine in hortum ruſtici cujuſdam ex aëre deſcendit: quem ipſe mox agnitus cum ſociis operum ſuſtulit, & juſſum ad Dominum Capitaneum, quem vocant, virum nobilem Ioannem Aſſeburgium, Ludovici filium, in Schermke hereditariũ, detulit: ſanctè affirmans, nullâ humanâ fraude eum ſubjectum neq; è terra effoſſum, ſed præſente ſe aliiſq; nimbo illo dejectum, & ſtatim ab ſe viſum. Idem Capitaneus elegãtiſſimâ ſuâ manu, hac formâ, quæ in utroq; nummi latere apparuit, depinxit. Nummũ verò ipſum ad Archiepiſcopum Magdeburg. Chriſtianum Wilhelmum miſit.

CAP. XXXIX.

De Idolo Buſterice Thuringorum.

VEra effigies Idoli Buſtericis, quod Thuringi antequam ad Chriſtum converterentur, numinis inſtar ſuperſtitioſo cultu proſequuti ſunt, prope oppid. Kelben in monte Rotenburgo.